



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphaliae, 1608

Thesis Octava.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

permisisse nisi volentem, lapsum igitur Deo
 volente, Sed in hoc à Caluino ad Romanen-
 ses imprudens deficit. Illi enim contendunt
 labi hominem, Deo volente peccati permis-
 sionem, quia in sui arbitrij libertate eum con-
 stituerat; at nō labi Deo volente & decernen-
 te ipsum peccatum permissum, quia id planè
 Deo contrarium est. Sed ad incudem cantile-
 nasq; suprà auditas reuertimur, ita Prædican-
 te postulante, cui nihil gratius, quam eandem
 ad chordam occasiuncula data minima aber-
 rare, & voluntatem Dei Calvinistici pro suo
 arbitrio & voluntate interpretari, obscurare,
 torquere.

Vult Deus
 peccati per-
 missionem
 vt que con-
 gruat agē-
 ti libero. ac
 peccatum
 permissum
 non vult.

THESIS OCTAVA.

EX dictis nullo iam negotio hac deducuntur, 1. Ar-
 ticulum Caluiniანი symboli primum reuera hunc
 esse: Credo in Diabolum, Carnifi-
 cem, Orcipotentem, Corrupto-
 rem Coeli et Terrae. 2. Proinde longè
 alium esse Deum Christianorū quam Calvinianorum:
 quandoquidem nō sicut Calviniani, ita Christiani Dei
 potentia; sed patientia; non impulsu & operatione;
 sed indulgentia & permissione peccata fiunt, vt ele-
 ganter B. Augustinus. in Ioan. tract. 53. 3. Probabilius
 tamen videri intelligentiores Calvinisequas, prorsus
 Atheos esse, & cum Godefrido à Valle Parisijs exusto
 an. Christi 1572. potius credere nullum, qua vllū talem
 esse Deum. 4. Nō referre, si quidē nullus sit Deus, quem
 Dei cultum & religionem profitear; si iurat a lingua

quo
 elle-
 e in
 uam
 tem
 n est
 effe-
 cali
 suo
 iret
 tus:
 qui
 um
 po-
 isti-
 S. 7.
 pe-
 rit,
 ho-
 (ab
 uia
 an-
 (si-
 10)
 est.
 ob-
 o-
 ias
 ue
 on
 ni-



mentem iniuram geras; Si cum Bucerō ex Zvingliano fias Lutheranus; ex Lutherō Semicatholicus; ex Semicatholico Sacramentarius; ex Sacramentario Iudæus obduratus. Si cum Adamo Neusero Heidelbergenſi olim Pastore, cum Alamanno, Blandrata, Statório, Socino, Lisimanno alijsq; primis per Sarmatiam Calviniani Euangelij Apostolis transfugas ad Turcismum, cui nullus Deus est, illi omnis religio perinde est: nisi quod Mahometismus eod sit Calvinistis gratior; quo & fœdarum carnis voluptatum maior est approbator & doctrina Sacramentariorum consonantior.

CAPVT XX.

De Corollarijs.

AD hæc corollaria ex præcedētibus pendētia, seq; consequentia secundum rectæ rationis discursum, raptus extra se lymphatoq; similis, debacchatur atrociter in aduersarium prædicans. Exclamat ad primum. *Increpet te Dominus Sathan. Quare? quia quadruplex hoc est mendacium planè diabolicum, & abominanda in Deum Calvinisticum blasphemia. Planè Dominus increpet te nouitium populi feductorem & Ecclesiæ Sathanam, qui infinities iam nūc impudentissimorum mendaciorum redargutus, adeo adhuc bardus & brutus es, vt non palpes totum primum articulum ex præmissis verbotenus consequi. Frustra furis aduersus conclusionem, vbi præmissæ ante sunt positæ.* Ad